consentiendum esse non dubitavimus consentimusq[ue] hisce literis n[ost]ris. Ita cum supramemorato D[omi]no Ep[isco]po coadiutor fuerit adoptatus atq[ue] eadem literis non expectatis atq[ue] adeo etiam si forte ipius Domini Episcopus mortuus fuerit quam eius Coadiutoriae diploma a Sancta Sede Ap[osto]lica deferatur Episcopatus Posnanien[sis] adipiscen[di] plenum ius sit habitum.

Limitatio.

Significamus etc. quia nos causam et actionem ex citatione n[ost]ra literali ad Judicium n[ost]rum hic ad praesens descendit inter Gn[ero]sum N. Actorem n[ost]rum Actorem ex una et Venerabilem et Religiosos Abbatem totumq[ue] Conventum N. Monasterij citatos par ab altera p[ar]te ratione Vadionum Sexcentorum flor[enorum] ob non solutionem pro duabus ratis Annorum duorum prox[ime] praeteriti unius vid[elicet] Anni D[omi]ni N. alterius vero N. Summae Residualis seu Capitis Centum flor[enorum] per olim antecessorem ipsorum citatos Venerabilem olim Abbatem N. eidem Gn[ero]so N. apud acta Castren[sia] N. pensionis annuae nomine in annos singulos ad tempora vitae suae inscriptae et obligatae succubitorum de sponsalibus et voluntario consensu ipsarum partium hinc ad Quindenam diem post Felicem n[ost]rum ex Magno Ducatu Lith. in Regnum ingressum limitan[dam] et prorogan[dam] duximus limitamusq[ue] et prorogamus praesentibus. Pro quo quidem die et tempore supra sonts habituri sunt partes p[rae]fatae coram nobis et Judicio n[ost]ro ubicunq[ue] locorum protunc cum Curia n[ost]ra feliciter constituemur eundem conferendum terminum quem hic ad p[rae]sens vigore citationis p[rae]fatae habuerunt vel habere debuerunt. Nullius partium iuribus laesis imo salvis et in vigore suo conservatis. In cuius etc.

Condonatio culpae homicidij

Notum testatumq[ue] facimus quorum scire interest Universis et singulis Ditionum nostrarum hominibus Graviter nos quidem molestequ[e] tulisse quem Nobilis N. Cancellariae n[ost]rae Notarius Honestum N. occidisse dicitur sed tamen postea cum non consulto sed fortuito seseq[ue] defenden[do] eam caedem illam fecisse ex Consiliarijs nostris qui nobis pro illo diligenter supplicaverunt Non ignorantes pecca[ta] non censeri neq[ue] dici peccata nisi voluntaria adducti sumus ut pro solita clementia n[ost]ra praefatum Nobilem N. omne hoc caedis reatum culpamq[ue] et poenam condonandam duceremus sicuti iam hisce literis nostris condonamus et remittimus absolven[do] eum liberumq[ue] sententia n[ost]ra Regia eo nomine esse et perpetuo fore pronunciantes Ea tamen lege et conditione ut cum consanguineis interfecti transigere cum de homine occiso et in gratiam redire omnino debebit. In cuius etc.

Condonatio perlucrorum

Significamus etc. Impetrasse a nobis Magnum N. aliosq[ue]

388

nonnullos Consiliarios nrōs ut condonaremus. Siquidem literis his co-
nostris condonamus Nobili N omnes mulctas quas pertinere ad pe-
nā nrā Regiā dicerentur quibuscunq Nobilis alijsq quippiam ad-
versarij in Judicio Castrī N cum eo disceptantes ante hoc tempus
damnandum et mulctandum curarent. Idq nos fecisse eo potissimum adducti
quod cum adversarijs iam in gratiam rediisse ac omnes iniurias condonasse
se dicatur. Quod potissimum Generoso N. Capitaneo nrō N denunciantes
mandamus ut ne eas quas nos condonasse commemoramus culpas et mulctas
a Nobili N nomine nrō exigat sed eum cum quod quidem ad eam rem
attinet beneficio nrō absolutum intelligens missum faciat. In cuius etc.

Ordinãō Stephani I Regis Polon.
in ciuitate Crac facta in Aº D.MDIII.

Stephanus etc. Significamus praesentibus literis nostris quorum inter-
est universis et singulis. Quia nos bonum ordinem Civitatis nrae Crac
promovere praesertim quod animadverteremus rationem Judiciorum et officio-
rum Civitatis eiusdem talem esse ut abusus quosdam incepisse in
ea viderentur Consiliariorum nostrorum consilio communicato vocatoq ad
se Magistratu Civili ordinationē praesentem in eadem Civitate nrā Crac
perpetuo observari statuere et promulgari esse duximus quemadmodum
per praesentes statuimus et promulgamus. Primum cum videamus ple-
rosq homines ex levissimis causis mandatorum literas a nobis impe-
trare eaq interdum poenalia officijs civilibus obtrudere et hoc perfice-
re velle ut potius instantia ipsorū (aliqñ importuna) quam iuri et aequita-
tiq satisfiat. Ideo mandata e Cancellaria nrā posthac nulli edi man-
dabimus quemadmodum praesentibus mandamus quibus legitimus iu-
ris et instantiarum ordo et usitatus Judicij processus in quibuscunq
causis et actionibus ad Civitatis iurisdictionem pertinentibus suspen-
datur vel impediatur. Quod si tamen pro causae vel actionis qualitate
Magistratus vel partium informationem res desiderare videbitur tota
causa quemadmodum ab eo qui mandatum aliquod petierit narrata
fuerit eodem comprehendetur. Ad quam narrationem si quid responden-
dos vel aliter informandos nos successoresq nrōs Magistratus censuerit
per eum qui cum eo mandato se appellaverit clausis literis inter
bimestre tempus adire. Exhibitionis mandati id faciant. Quod si con-
tempserint et is qui mandatum attulerat protestatus eo nomine
legitime fuerit eiusq rei instrumentum indubitatum protulerit
aut vero fecerint quidem sed tamen non satis causae fuisse quomi-
nus prius mandatum exequuti sint nos successoresq nrī censuerint
tum demum ad poenalia procedetur. Cum autem vigore Privile-
gij Serenmi olim Vladislai Regis antecessoris nrī ad causas quae Civi-
bus Crac sive inter se sive cum alijs extraneis personis inter-
cedunt Commissarios deputari facultatem nobis relinquis, sem-
volumus decrevimusq ut commissiones ad eas omnes causas
quorumcunq vigore declarationis nrae ad Commissariorum nostrorum Judicium
deducentur in personas iuratas et in officio constitutas dentur
Ita ut cum personam non iuratam nec in aliquo officio constitutam